

AÑO 4.^o Mártes 15 de Noviembre de 1864. NÚM. 96.



BOLETIN OFICIAL ECLESIÁSTICO del OBISPADO DE MALLORCA.

PARTE OFICIAL.

Circular núm. 55.

A los RR. Curas Párrocos, y Ecónomos, de los pueblos foraneos de la Diócesi y á los Vicarios in capite de los pueblos que son distrito municipal separado.

OBISPADO DE MALLORCA.—He resuelto que la publicacion de la Bula de la Santa Cruzada se verifique en este año el dia 27 de los corrientes, primer domingo de adviento, en mi Santa Iglesia Catedral, y el domingo inmediato dia 4 de diciembre en ese pueblo.

Al efecto, V. como encargado que está de la expedicion, acudirá al administrador Económico de la Diócesi con toda la urgencia posible, antes de la referida publicacion, á fin de recibir los sumarios nuevos y devolver los no espendidos de la predicacion anterior junto con la cuenta de los productos.

La publicacion deberá verificarse en la forma de costumbre, invitando V. oportunamente para su asistencia al acto religioso, al ayuntamiento y demás autoridades locales.

Dios guarde á V. muchos años. Palma 13 de noviembre de 1864.—MIGUEL OBISPO DE MALLORCA.—Sr...

SECRETARÍA DE CAMARA EPISCOPAL.

De órden del Exmo. Obispo mi Sr. recuerdo al venerable clero secular y regular, inclusas las religiosas de esta Diócesi, que en virtud de decreto de Nuestro Santísimo Padre, el Papa Pio IX, su fecha 25 de setiembre de 1863, es obligatorio el nuevo oficio y misa de la Immaculada Concepcion de María santísima ordenados recientemente por S. S. y dados poco ha á la estampa, á contar desde el presente año y sucesivos sopena de no cumplir la carga del oficio divino. Palma 14 de noviembre de 1864.—
T. Alcover Canónigo Srio.

MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA.

Circular.

Ilmo. Sr.: La Reina (Q. D. G.) ha tenido á bien expedir el real decreto siguiente:

«Conformándome con lo que, de acuerdo con el muy reverendo Nuncio de Su Santidad, me ha propuesto mi ministro de Gracia y Justicia, encaminado á remover los obstáculos á que haya podido dar ocasion lo dispuesto en real órden de 24 de octubre de 1861, y á fin tambien de facilitar cuanto sea posible la pronta terminacion de los expedientes para la provision de los curatos y beneficios con cura de almas de patronato laical, reservándome acordar oportuna y convenientemente lo que proceda, tanto para la mas exacta ejecucion y cumplimiento de todo lo dispuesto en el concordato de 1851 respecto del mencionado patronato y del eclesiástico y acerca de materias conexas con ellos, como asimismo lo que corresponda á consecuencia de lo dispuesto en la base 26 de mi real cédula de ruego y encargo de 3 de enero de 1854 para el arreglo parroquial:

Vengo en decretar:

Art. 1.^o En los expedientes incoados hasta el dia y que en adelante se incoaren en los tribunales eclesiásticos para la provision de curatos y beneficios con cura de almas, *de patronato laical*, se hará constar en el modo y forma que se dirá y por quien corresponda, si el patronato era partícipe en diezmos y primicias, con obligacion de contribuir, en todo ó en parte para la cóngrua del párroco y de otros encargados del ministerio parroquial, ó para otras atenciones de la parroquia. De la misma manera se hará constar tambien si el todo ó parte de los bienes que fueron de la iglesia, se ha adjudicado al patronato.

Art. 2.^o Si por los documentos que con tal propósito debe presentar el patrono, constare haberle sido descontado el importe de dichas cargas al fijar su indemnizacion, ó en otro caso que no estaba obligado á contribuir con cosa alguna á la parroquia, podrá darse desde luego al presentado la colacion canónica institucion y posesion, siempre que concurran las demas circunstancias y requisitos prevenidos por el derecho.

Art. 3.^o No acompañando dicho documento, ni constando en su caso no tener obligacion el patrono á contribuir, se prevendrá á éste que en el término que el tribunal estime suficiente presente la conveniente certificacion, librada por la direccion general de la Deuda pública, y que, no haciéndolo así, le parará el perjuicio á que haya lugar. Concluido el término sin que el patrono haya cumplido con lo mandado, el tribunal se dirigirá al ministro de Gracia y Justicia para que exija de dicha dependencia certificacion de lo que sobre el particular conste en el respectivo expediente de indemnizacion. Trascurrido el término de dos meses, á contar desde el dia en que ingrese en el ministerio la comunicacion, cuyo recibo se acusará inmediatamente, sin que el ministerio hubiese remitido la certificacion reclamada de la Hacienda en virtud del estado posesorio del patrono, podrá darse, sin mas trámite, al presentado la colacion ca-

nónica institucion y posesion si concurrieren todas las demas circunstancias y requisitos procedentes; pero sin perjuicio de continuar el expediente eclesiastico hasta decidir por sentencia y para en lo sucesivo sobre el derecho de presentacion.

Art. 4.^º Cuando conste que el patrono ha recibido integralmente de la Hacienda la indemnizacion sin rebajarle el importe de la carga, se ordenará al mismo, á fin de que su presentacion pueda surtir efecto, que en el plazo que se le prefijará afiance en forma de derecho, á completa satisfaccion del propio tribunal, pagar anualmente en la época debida y en metálico el importe de la expresa- da carga; obligandole ademas á satisfacer á la Hacienda en los términos que con ella convenga lo correspondiente á los años trascurridos desde la fecha en que recibió los efectos públicos para su indemnizacion, regulándose el valor de los frutos por el que sirvió de tipo para esta. Al efecto expresado se comunicará á la Hacienda el allanamiento del patrono, con lo demas que sea conducente. La cantidad con que el patrono deberá contribuir anualmente se rebajará del presupuesto de la respectiva parroquia, ingresando los atrasos en el tesoro. Cuando la obligación del patrono sea parcial é inferior á la cóngrua asignada al curato ó beneficio curado, se completará aquella por el Estado.

Art. 5.^º No allanándose el patrono á lo expresado en el artículo anterior, y salvo el caso de excepcion del art. 3.^º, se declarará estinguido el derecho de presentacion, y se procederá á la provision del curato ó beneficio curado en el modo, y forma que previene el párrafo primero del art. 26 del Concordato.

Art. 6.^º Si no se hubiere resuelto todavía el expediente de indemnizacion, tal estado no será obstáculo para que en su dia se dé al presentado la colacion canónica institucion y posesion, con tal de que en el modo y forma prevenida en el artículo 4.^º se oblique el patrono á satisfacer desde el dia en que tenga efecto la entrega de los títulos de la deuda en que consiste la indemnizacion el

importe en metálico de la carga, regulándose este prudencialmente, mediante á no existir á la sazon el tipo regulador de los frutos designado en dicho artículo. El tribunal lo pondrá todo en conocimiento del ministro de Gracia y Justicia para que haga la prevencion conveniente á la direccion general de la deuda pública y demas que corresponda, segun queda prevenido en el mencionado art. 4.^o

Art. 7.^o Constando haberse adjudicado al patrono el todo ó parte de los derechos y bienes de la Iglesia patronada, se mandará con la prevencion indicada en el art. 3.^o, que aquel manifieste en el término que se le señale si se hallana ó no á pagar anualmente una cantidad igual á la renta líquida que de adjudicado percibia la parroquia, como asimismo los atrasos, segun queda dicho. Si el patrono no quisiere contribuir y afianzar, ó dejare pasar el término sin manifestar su voluntad, se declarará estinguido el derecho de presentacion, y se proveerá la vacante segun lo dispuesto para otro caso en el art. 5.^o Estando pronto el patrono á afianzar el pago sucesivo de la renta anual, y hallanándose al de los atrasos, segun concierto en este caso con la Hacienda pública desde que se incautó los derechos y bienes hasta el dia de la toma de posesion del presentado, se señalará prudencial y equitativamente, con acuerdo del mismo patrono, la cantidad anual y el tiempo y modo de verificar su pago. Cumplido todo lo cual debidamente, y concurriendo las demas circunstancias y requisitos necesarios, se dará al presentado lo colacion canónica institucion y posesion.

Art. 8.^o Para la debida formalidad y defensa de todos los derechos, así como la parte en su caso, el fiscal del tribunal eclesiástico será oido siempre en dicho expediente canónico, como asimismo en los trámites é incidentes objetos del presente decreto.

Art. 9.^o El tribunal remitirá al ministro de Gracia y Justicia testimonio de la providencia definitiva, noticiando asimismo el dia en que dé la posesion

al presentado, á fin de que la Ordenacion general de pagos pueda hacer los asientos debidos y para los demás efectos correspondientes.

Art. 10. Se deroga en todas sus partes la citada real órden de 25 de octubre de 1861.

Art. 11. El ministro de Gracia y Justicia dispondrá lo necesario para que el presente real decreto, convenido entre una y otra potestad, sea cumplido en todas sus partes.

Dado en Palacio á veintiuno de octubre de mil ochocientos sesenta y cuatro. Está rubricado de la real mano.—El ministro de Gracia y Justicia. Lorenzo Arrazola.» De Real órden lo comunico á V..... para su inteligencia y efectos consiguientes. Dios guarde á V..... muchos años. Madrid 25 de octubre de 1864.—Arrazola.—Señor obispo de...

PARTE NO OFICIAL.

LITURGIA.

ORIOLEN.

Perdurantibus belli civilis calamitatibus in Regno Hispaniarum accidit ut Rvms. Oriolen. Episcopus superiori anno 1836 Olea Sacra Feria quinta in Cœna Domini consecrare nequiverit pro solemni benedictione Fontium baptismalium Parochialibus in Ecclesiis peragenda inseguente Sabbato Sto., neque eadem Olea a vicinioribus Episcopis Parochi habere potuerint, siquidem ob communia incommoda pene omnes Episcopales Sedes proprio sunt viduatae Pastore, ita ut communicationibus intercep-tis grex á Pastore, Filii á Parente, Ecclesia ab Episcopis non sine magno animarum salutis detimento separantur. Hujusmodi in angustiis constituti Parochi Praebendati Oriolen. Diæcessis diversas inter se protulere sentencias, et nonnullis negantibus, bene multi opinabantur benedictionem solemnem Fontium baptismalium perfici posse adhibitis Oleis superiore anno consecratis. In qua

opinionum, et sententiarum varietate, id sumpsere concilii ut Sacram hanc Rituum Congregationem requirerent, ut certam sequerentur regulam in re tanti momenti, ac propterea in sequentia Dubia enodanda humillime proposuerunt, nimirum.

1.^o An talis benedictio (Fontis Baptismalis in Sabato Sancto) fieri debeat cum Chrismate et Oleo praecedentis anni, an potius omittenda sit infusio Chrismatis, et Olei usque dum accipientur recenter consecrata? (1).

2.^o An in Baptismo solemni infantium utendum sit hujusmodi Aqua benedicta quidem cum reliquis Caeremoniis Missalis, sed absque consecratione seu mixtione Chrismatis et Olei: anverò Aqua consecrata praecedenti anno, que ad hunc finem conservetur? (2).

3.^o An supposito quod Aqua baptismalis benedicta sit cum veteribus Oleis, eo quod recenter consecrata non habeantur, infundi debeat in Piscinam simul ac nova recipiantur Olea, et iterum cum his alia benedicta sit Aqua juxta Caeremonias Ritualis Romani: an verò illa conservari et uti debeat usque ad benedictionem in Vigilia Pentecostes prout in Missali? (3).

4.^o An in Baptismo solemni ungendi sint infantes Oleo et Chrismate praecedentis anni, dum recenter consecrata non habeantur, an vero omittenda sit haec Ceremonia, et postea supplenda quum novum Oleum et novum Chrisma recipientur? (4)

Hujus modi Dubiis per me infrascritum Secretarium relatis in ordinariis Comitiis ad Vaticanum habitis quinta idus Martii vertentis anni, Eminentissimi, et Rmi. Patres Sacris tuendis ritibus praepositi nihil decernere rati sunt, sed rescribendum censuerunt: «Ponatur in Folio, et scribat alter Magister Caeremoniarum». Iterum quo-circa proposita Causa in novo ordinario Conventu Sacrorum Rituum subsignata die coadunato, ac proposito voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scriptis pandito, re mature perspecta, diligentique examine critbrata, tandem Sacra eadem Congregatio mentem suam aperuit, ac propositis Dubiis á Parochis Praebendatis Oriolen. Ecclesiae juxta enuntiatum Votum, rescripsit, nimirum.

Ad 1. «Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.»

*Ad 2. «Negative ad utrumque, sed fieri debet nova
Fontis benedictio cum Oleis anni praecedentis, seu pro-
visum in prima parte superioris Dubii »*

*Ad 3. «Negative ad primam partem, affirmative ad
secundam.»*

*Ad 4. «Affirmative ad primam partem, negative ad
secundam.» Atque ita rescripsit. Die 22 Sept. 1837.*

(1.) *Benedictio Fontis Baptismalis praecipuus est ex antiquioribus ritibus, quos ex veteri disciplina sumpsit, et adhunc retinet Ecclesia, et haec Benedictio duobus praesertim anni temporibus peragebatur solemniter, nempe in Paschate et Pentecostes, quemadmodum duobus hisce temporibus solemniter Baptisma conferebatur. Insignis est hoc jure Tertuliani locus lib. de Baptimate cap. 10 ubi haec leguntur. Diem baptismico solemnorem Pascha praestat, cum et Passio Domini in quo tingimur adimplenta est, nec incongruenter ad figuram interpretabitur, quod cum ultimum Pascha Dominus esset actuans missit discipulos ad praeparandum: Invenietis hominem aquam bajulantem Paschae celebrandae locum de signo aquae ostendit... Ex inde Pentecoste ordinandis lavacris latissimum spatium est, et gratia Spiritus Santi dicata ut spes adventus Domini subostensa, quod tunc in Coelos recuperato eo, ad Apostolos dixerunt sic venturum quemadmodum et in Coelos ascendit utique in Pentecoste. Afferit hic primo Tertulianus, Christum Pascha baptismō consecrare; docet secundo decens esse ut expletis per quadragesimale tempus Dominicae Passionis mysteriū celebretur baptisma qui suam ab illa recepit virtutem, insuper inquit diem Pentecostes etiam baptismi sacramento sapienter destinatam esse, quod Resurrectione Domini Spiritus Sancti delapsu, et alterius Christi adventu spe commendetur. Et sanctus Leo veterem Ecclesiae praxim prescribens epistola ad Episcopos Siciliae asserit, sacerdotes qui die Epiphaniae catechumenos baptismate solemnī consecrant: Ab Apostolicae Sedis consuetudine discrepare, solosque Paschatis et Pentecostes dies baptizandis in Ecclesia electis secundum apostolicam regulam esse praescriptos. His similia scripsit Sirisius, eadem Gelasius. Id constanter asserunt Rerum Liturgicarum Scriptores, probantque auctoritate Sanctorum Patrum. Ex li-*

bris, qui Dionisio Areopagitae Pauli Apostoli discipulo tribuuntur eruitur Fontis baptismalis benedictionem ab illis usque temporibus extitisse. Describens ille sacras co-remonas quibus Baptisma in publico fidelium conventu conferebatur, haec habet: Ipse autem (*nempe baptizandus*) ad adoptionis matrem (*nempe fontem*) vadat, cuius aquas, posteaquam sacris invocationibus Sanctificavit Pontifex, necnon tribus unguenti sacratissimi, crucis forma, effusionibus, totidem sacri unguenti appositionibus, sacrosanctum Deo afflatorum Propheta-
tarum, divinae aspirationis hymnum concinendo consecravit... adduci virum jubet... ter eum immergit, sub trina immersione atque emersione has divinas beatitudines, ac personas invocando. *Quem ritum non recentibus saeculis, non Dionissii aetate, sed jam antea in Ecclesia fontem ad baptisma conferendum olei infusione, Crucis significationibus, orationibus, Sanctissimae Trinitatis invocatione benedici consuevisse, ex ejus loquendi modo facile agnoscitur.* Ex qua Olei, et Chrismatis commixtione indicatur conjunctio Christi per baptismum cum populis Ecclesiae: aquae multae populi multi, et Christi nomen, id est, uncti ab Oleo et Chrismate deducitur.

Et quamquam olim multis, sacrisque ritibus nulla certa dies praefixa fuerit, immo tribus Ecclesiae saeculis, persecutorum metu clam et quibus poterant diebus celebrarentur, data tamen Ecclesiae pace, sua sunt tempora assignata, praesertim ubi aliqua mystica ratio postulabat. Et de confectione Chrismatis praefixa Feria quinta in Coena Domini sic scribit Sanctus Isidorus Episcopus Hispalensis lib. 1. de Officiis Ecclesiasticis cap. 28. quod de Coena Domini inscribitur. Qua die etiam (Feria quinta in Coena Domini) Sanctum Chrisma conficitur, quia ante biduum Paschae Maria caput, et pedes Domini unguento perfudisse perhibetur. Neque enim Episcopo fas est alia die Chrismatis, ac Oleorum benedictionem peragere, neque Parochis fas est alio uti Chris-mate, aut Oleo Catechumenorum, quam illis, quae eodem anno sint ab Episcopo de more benedicta Feria quinta in Coena Domini. Quod palam eruitur de Rituale Romano cap. de Sacris Oleis, et aliis requisitis, ubi edicitur: Curet Parochus ut ea suo tempore quam pri-mum habeat, et tunc vetera in Ecclesia comburat:

quae combustio post novam Oleorum benedictionem ab Episcopo peractam Feria quinta in Coena Domini, nititur Canoni: Litteris, de Consecratione, Distinctione III. desumpto de Epistola II. Fabiani Papae ad Orientales Episcopos data, quae licet supposititia sit, sicut et aliae ejusdem Pontificis Epistolae, antiquus est nihilominus ritus in citata Epistola praescriptus, ut scilicet Chrisma per singulos annos in jam dicta die sit innovandum, et vetus in Sanctis Ecclesii cremandum.

*Quum itaque Oleorum benedictio quotannis facienda ex antiquissima proveniat traditione, quumque ea Olea quotannis Parochus renovare teneatur, veteribus in Ecclesia combustis, patet benedictionem Fontis Baptismalis duabus Sabbatis Paschae, et Pentecostes peragendam esse infusione Oleorum eo anno benedictorum, neque ignoratur graviter Sacerdotem peccare, graviterque puniendum, qui veteri Oleo benedicto, recentiori posthabito, uteretur. Sed tamen intelligendum est, ubi necesitas non cogeret ad id faciendum. Urgente quippe necessitate, novoque Oleo benedicto deficiente, recte adhiberi posse vetus Oleum benedictum respondit Sacra Congregatio Episcoporum, et Regularium die 20 Maii 1590. apud Gavantum in Manuali Episcoporum verbo: Extrema unctio, et Sanctus Carolus in Institutionibus de Baptismi administratione pag. 502. sic ait: Veteri autem vel Oleo Sancto vel Chrismate non utetur Parochus, scilicet nisi antequam novum habeatur, necesitas illius utendi inciderit. Et re quidem vera Rituale Romanum cap. de Sacramento Baptismi rite administrando et titulo citato de Sacris Oleis requisitis ait: Veteribus Oleis, nisi necessitas cogat, ultra annum non utatur; *qua urgente necessitate, non modo indulget ut Parochus utatur Oleis benedictis anno praecedente, sed etiam, si haec vetera pauca sint quantitate, et deficere videantur, et Chrisma, aut Oleum benedictum haberi non possit, aliud Oleum de Olivis adjiciatur non benedictum, sed in minori quantitate.* Ergo à fortiori si cogat necessitas, uti poterit Parochus veteribus Oleis, quibus necesse non est, ut Oleum non benedictum infundatur. Necesitatem autem urgere in proposito casu Oriolen. patebat, quia nova Olea neque benedicta erant ab Episcopo, quia à sede sua divulsus fuerat, neque ob belli civilis pericula*

alio sumi poterant. Aliundē autem baptismalis Fontis benedictio, quae ab ipso Ecclesiae initio est repetenda, omitti nequaquam debebat. His innixa auctoritatibus, inhaerendo Resolutioni Congregationis Episcoporum, et Regularium, Instructioni S. Caroli, nec non ipsi dispositio-*n*i Ritualis, Sacra Congregatio rite primae Dubii parti affirmativa responsione occurrentum esse censuit.

Quoad alteram vero partem, licet Olei Sancti, et Chri-*matis* infusio non sit absolute necesaria pro collatione Baptismi ut materia, forma, Minister, et quamvis Aqua naturalis sive ea maris sit, sive fluminis, sive fontis apta sit Baptismo; tamen quoniam hujusmodi institutio ex Apostolica et antiquissima traditione accepta et approbata est, et quoniam ex antiquis temporibus observatum est ab Ecclesia, ut aqua pro conferendo Baptismo solemniter benedicatur, et consecretur ut supra indicatum est, eam omittere non licet, nisi causa necesitatis; quae necesitas in proposito casu non existebat, quum haberi possent Olea praecedentis anni: hinc negative responsum est, eo vel magis, quod infusio Chrismatis et Olei in Fonte baptimali ita conjuncta videtur cum ipsius fontis benedictione, ut ab ea separari minime queat.

(2) Hujus dubii responsio, et haec quidem negativa ad utrumque, pendebat ex hatenus dictis in adnotationibus. Quum enim consecratio, seu mixtio Sacrorum Chrismatis et Olei in Aqua, quae Baptismo deservire debet, ut pote antiquissimae traditionis omitti non debeat praeter absolutam eorum deficienciam: hac autem deficiencia absoluta non aderat, quia, juxta ipsum Rituale Romanum, in aliquo casu, cuiusmodi certe est ille propositus, admittit posse Parochum uti Oleis anni praecedentis, jam omitti non debeat consecratio, seu mixtio Oleorum, neque adhibenda erat Aqua, quae consecrata fuerat praecedenti anno, et quae ad hunc finem conservatur, quod patet etiam fieri debuisse novam Fontis benedictionem cum Oleis anni praecedentis.

(3) In hoc dubio quaeritur an postquam Fontis baptismalis benedictio cum Oleis anni praecedentis peracta est, eo quod nova suo tempore haberi a Parocho nequivint, si eveniet quod inter Sabbatum Paschatis et Pentecostes habeantur nova Olea rite eo anno benedicta, cum his fontis baptismali benedictio sit iterum perficienda,

projecta in piscinam aqua, quae cum veteribus Oleis benedicta fuit. In solutione hujus dubii advertendum erat nova Olea benedicta, vel a proprio Episcopo esse recipienda vel ab Episcopo alieno, sed cum ordinarii licentia, uti expresse sub gravissimis poenis jubent passim Sacrae Synodi, inter quas Carthaginensis IV. anni 398. can. 56. ita mandat: Presbyteri, qui per Dioeceses Ecclesias regunt, non á quibuslibet Episcopis, sed á suis neque per juniores Clericum sed aut per se ipsos, aut per illum, qui Sacrarium tenet, ante Paschae Solemnitatem Chrisma petat. Synodus Vasensis anno 442. can. 2. et aliis omissis, Concilium Provinciale Beneventanum V. anni 1531. cap. 49. His adnotatis, ad dubium quod spectat, adest quidem in Rituali Romano Ritus quo fit benedictio fontis baptismalis extra Sabbatum Paschae et Pentecostes, et in eo tantum casu, quum aqua consecrata non habeatur, quia evenire potest, ut aqua ipsa consecrata usu amplius esse non possit. Non enim benedictio aquae baptismalis ita est alligata Sabbatis Paschae et Pentecostes, ut extra haec tempora fieri minime valeat, sed Rituale Romanum titulo de Materia Baptismi tres casus enumerat, in quibus hec benedictio extra praedicta Sabbata fieri possit, ait enim. Si vero corrupta (aqua) fuerit, aut affluerit, aut quovis modo defecerit, Parochus in Fontem bene mundatum, ac nitidum, recentem aquam infundat, eamque benedicat ex formula quae infra praescribitur. Quorum casuum quum nullus in proposito Dubio verificetur, sede contra aqua consecrata habeatur, et quum imo praescribat eodem loco Rituale Romanum, ut si Aqua benedicta tam inminuta sit, ut minime sufficere videatur (ne verbo quidem facto novae benedictionis) alia non benedicta admisceri possit, in minori tamen quantitate, non videtur quid causae sit, ut repetatur benedictio extra duo dicta Sabbata, ex eo tantum quod facta fuerit cum veteribus Oleis. Neque inconsulto, sed prudenti sane concilio Ecclesia retinet usus benedictionis solemnis Fontis baptismalis duobus Sabbatis Paschae et Pentecostes; nam olim duo in toto integro anno ad recipiendum baptisma erant tempora designata, nisi aliqua administrandi extra haec tempora istiusmodi Sacramentum necesitas occurreret; (quia in eo

casu quacumque die et hora conferri poterat baptisma) vigilia namque Paschatis, et Pentecostes, et quoniam solemnis haec Fontis benedictio non peragebatur, nisi simul et baptisma solemniter conferretur, tunc factum est, ut sicut in duobus Paschatis et Pentecostes solemnitatibus Baptisma solemniter conferebatur, ita hae festivitates solemnii Fontis baptismi benedictioni fuerint assignatae et nostra etiam aetate retineatur. Ecclesia etiam quamvis plurima de veteri disciplina remisserit, nonnulla tamen ejusdem disciplinae vestigia conservavit, ne omnia penitus reliquise videretur. Quarum duarum Vigiliarum quum pro conferendo baptismo meminit Tertullianus cap. 16. de Baptismo, et Sanctus Squicias in Epistola ad Hymenium prohibet, ne in aliis diebus, quam Sabbato Sancto, et Pentecoste conferatur baptisma, quam regulam omnes teneant Sacerdotes, qui nolunt ex Apostolica Petra, supra quam Christus universalem construxit Ecclesiam divelli.

Neque mysterio aliquo vacat solemnis benedictio et collatio Baptismi duobus Sabbatis Paschae et Pentecostes; id enim sit dicta Nona, quia in eadem hora Cornelius a Sancto Petro baptizatus fuit Raban. lib. 4. cap. 28., et quia eadem hora Christus expiravit; baptismus enim significat mortem Christi et Sepulturam ejusdem ibid. cap. 6. unde fit ut in Sabbato Sancto et Sabbato Pentecoste baptismus solemniter cum Aqua solemniter benedicta conferatur. Postremo duo Sabbathata tantum Paschatis et Pentecostes Baptismate coluntur Solemni ex Leonis epist. 4. cap. 5. et habetur distinct. 4. de consecratione, Duo tempora. Imo ex Syriaco eadem distinct. Non ratione, numirum ut primum sit Filii, alterum Spiritus Sancti, ne videatur differentia inter Filium et Spiritum Sanctum, quorum est aequum mundare animas a peccato ait Raban. lib. 2. cap. 42.

Quum itaque in proposito Dubio nulla ex causis concurrat ob quas Rituale Romanum benedictionem Aquae baptismalis permittit extra Sabbathata Paschae et Pentecostes, quumque non vacet mysterio quod ea benedictio fiat duabus Sabbathatis, ea, sententia amplectenda est, ut firma remanente benedictione jam facta cum Oleis anni praecedentis, pro nova benedictione cum novis benedictis Oleis expectetur Vigilia Pentecostes, ac proinde negative ad

primam partem, responsum consulto a S. C. fuit, ad secundam vero affirmative.

(4) *Oleo Sacro inungi ritus est Ecclesiae antiquissimus, cuius et antiqui Patres, et Rituales Codices passim meminere. Duo autem sunt hujusmodi Unctiones; prima ante Baptismum Oleo, quod Catechumenorum vocatur et sit quemadmodum antiquitus, nunc etiam in pectore et inter scapulas in modum Crucis. Quem ritum Sanctus Carolus in suis Institutionibus de Baptismi administratione, cap. de Caeremoniis, quae priusquam Baptismus ministretur, adhibentur pag. 559. col. 2. sic explicat: Obsignantur praeterea Oleo Sacro figura Crucis pectus, et scapulae, ut intelligamus eos, qui baptismō initiantur, quasi Christi Athletas, ait S. Ambrosius luctamen hujus seculi luctaturos, solent enim luctantes inungi. Deinde ut sciamus Baptismi gratiam non nostris meritis, sed Christi beneficio, et gratuita misericordia donari, quae Oleo significatur. Addit deinde alias interpretationes, à quibus recensendis abstinemus, quum eas possit quisque per se consulere. Altera untio praescribitur post Baptismum Sacro Chrismate in sumitate capitis in modum Crucis, de qua verticali unctione frequens occurrit mentio apud veteres Scriptores et in antiquis Sacramentorum Codicibus. Cur autem Baptizatus Chrismate in capitib⁹ vertice perungatur explicat Concilii Tridentini Catechismus part. 2. de Baptis. Sacram. n.º 60 his verbis: Jam postquam Baptismus absolutus est, Sacerdos summum Baptizati verticem perungit, ut intelligat se ab eo die Christo Capiti tamquam membrum conjunctum esse, atque ejus corpori insitum, et ea re Christianum a Christo, Christum verò à Chrismate appellari.*

Quaerebant autem Parochi Praebendati Cathedralis Oriolen. an juxta propositum casum in Baptismo solemni infantium duo hujusmodi unctiones fieri deberent Oleo et Chrismate praecedentis anni, quum recenter consecrata non habentur, an vero omittenda sit haec Caeremonia, et supplenda quum novum Oleum, et novum Chrisma accipiantur. Certum equidem quod Parochus, sive Sacerdos alius, qui de illius licentia baptizat, cavere debet, ut inquit S. Carolus in Concilio Provinciali Mediolanensi IV. cap. Quae pertinet ad Sacramentum Baptismi, cavere,

inquam, debet, ne ad infantem baptizandum alio Christate utatur, quam eo, quod illo ipso anno consecratum est, ut veteri Canone cautum est. Id tamem, ut in primi Dubii adnotatione advertebatur, intelligendum est, ubi commode fieri potest. Ubi enim Oleum recens benedictum haberi non possit, vetus adhiberi posse supra probatum fuit ex Decreto Sacrae Congreg. Episcoporum et Regularium apud Gavantum, ex eodem S. Carolo, et ex ipso contextu Ritualis Romani cap. de Sacris Oleis.

Et certe quamquam sacrae omnes Caeremoniae sive illae Baptismum praecedant, sive comitentur, sive subsequantur, non sint ad ejusdem Sacramenti validitatem necessariae, nihilominus non debent ulla tenus omitti, nisi quibusdam in casibus, quos recenset Rituale Romanum in fine capitinis: Ordo Baptismi Adulorum, his verbis: Si ob baptizandorum multitudinem, ut in India, et novo Orbe, quandoque contingit in singulorum baptismō praescripti ritus adhiberi non possunt, tunc vel pluribus simul adhibeantur, vel si urgeat necesitas omittantur. Certum equidem adesse in Rituale Romano Ordinem suplendi omissa super baptizatum, quae vetus est Ecclesiae praxis, et cuius multae sunt rationes, quas adnotavit S. Thomas Part III. quaestion. 70. art. 3. et Guillelmus Estius in lib. 4. Sententiarum, distinct. 6 §. 5. ut certum est pariter sacras preces, et caeremonias praetermitti non posse nisi urgente mortis periculo, vel alia cogente necessitate, nimirum ut explicat Catalanus Commem. Ritual. Roman. ad hunc locum cap. 5. vel apud haereticos vel quocumque errore. Quae conditio periculi mortis, alteriusve urgentis necessitatis deest in casu proposito, in quo, eo ipso quod agitur de solemnī Baptismo, omitti non debent unctiones Olei et Chrismatis nē Sacramentum sua careat solemnitate. Quae Olea licet benedicta sint anno praecedenti, quum nova ob miseram Hispanici Regni conditionem haberi non possint, recte verificari videtur necesitas iis utendi, eo vel magis quia benedictio praecedentis anni nihil impedit, quominus mystici effectus, ad quos hujusmodi unctiones dirigi supra innuimus, obtineantur. Quae ratiocinatio, ut magis magisque elucescat, sic juvat argumentari. Si caeremonia ungendi Oleo et Christate infantes in Baptismo ideo est omittenda, quia non expedit in ea adhiberi Olea praecedentis anni, aut

infantes baptizandi sunt sine hac unctione postea superplenda cum novis Oleis, aut relinquendi sunt sine Baptismo donec novum Oleum et Chrisma recipientur. Atqui neutrum fieri potest; nam primum non patitur Rituale Romanum, quod disponit conferri posse Baptismum sacris precibus, ac caeremoniis omissis tantum urgente mortis periculo, aut alia cogente necessitate: quod periculum vel necesitas in proposito casu, quum agatur de solemni Baptismo, non verificatur: alterum non patitur spirituialis salus infantium, quia quum incertum sit quando recipi possint novum Oleum et novum Chrisma, delibera te, et scienter differi deberet Baptismum maximo infantium periculo, cui prospiciens Rituale Romanum cap. de baptizandis parvulis §. 1. ait: Opportune Parochus hortetur eos, ad quos ea cura pertinet ut natos infantes... quamprimum fieri poterit... deferant ad Ecclesiam, ne illis Sacramentum tantopere necessarium nimium differatur cum periculo salutis. Praestat ergo ut concludatur in deficientia novorum Oleorum, nihil obesse quomodo in solemni Baptismo ungantur infantes Oleo et Chrismate praecedentis anni: quibus omnibus perpensis, et his innixa S. C. affirmative ad primum respondit, et negative ad secundum.

Todavía no ha podido cobrarse el haber de los participes del clero de esta provincia, correspondiente al mes de octubre por falta de fondos en la Tesorería de Hacienda.

PALMA DE MALLORCA.

Imprenta de la V. de Villalonga.